



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

104. Exequiae Christ. inductae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

gens opus longè vbetioris quæstus. Fuit hoc inuentum Doctoris Sua Pauli , religionis proferendæ nunquam non desiderio ardenter : nam prudenti laue cogitatione aduertens libros de mysteriis Christianis , ex proposito scriptos parum profuturos , maxime Literatis qui de se-  
cis Sinatum , & Theologia illarum recondita , innumerous habebant  
quos legerent ; Riccio auctor fuit dissimulandi consilij de religione  
suadenda , sed alia potius somnia scribendi , sic tamen adultrie quæ  
ad fidem spectarent interieclis , vt legentes aliud agendo spone ca-  
perentur. Euclidem igitur ex eo quod iam percepérat , Magistrum  
reputans incomparabilem , statuit illum Sinensi lingua in publicum  
ēdere , dies abibat nullus , quo non tres circiter. Magistro Riccio  
horas daret ad intelligentiam Euclidis , magna Patris cum laude qui  
Collegij Regij Hanlmi hoc est totius sapientiae Sinensis præceptorem ,  
habet discipulum. Anno paulo plus uno , priores sex libros Sinatum  
sermono , exquisito , sed graui , & quoad finebat materia , perspicuo  
absoiuit , dati sunt in Typos , præfixis elogis Doctoris Pauli , Ricci ,  
& maximè Clauij quem Roma in Mathematicis audierat Riccius , &  
ex eo multa demonstrationibus Euclidis interseruerat. Hinc admiratio  
, & stupor Doctorum Sinensium qui sibi pares ingenio , nusquam  
gentium nati putauerant , cum experti tentirent , quanto sibi esset  
ingenio , & contentione insudandum , ad positionum illarum percipi-  
endos , & evoluendos nodos , etiam minimè gordios ; suspicabant  
iguit Europæos quibus esset tam prona illarum intelligentia , pude-  
batque illos ylurpati intet ingenia principatus , potissimum verò cum  
audient sex illos Euclidis libros rudimenta esse Geometriæ adolescen-  
tibus in Europa , exponi solita , præter quæ aliud apud nos qui neci-  
tent , rades in Mathematicis haberi. Suas hinc ad propositum Doctor  
Paulus ducebat lineas , astimandum sois prudenter ingerens , quanta  
in diuinis & æternis quanti contentione ingenij agerent Europæi ; cum  
in levibus argumentis , tam acuti , & firmi iudicij vim tantam pro-  
derent , editioni horum voluminum , Pauli parens non diu superfuit ;  
parentatum illi Christiano ritu qui tunc primum exemplo tantorum  
viorum , inductus est , excluso Sinensi , dumtaxat in iis quæ super-  
fluosum aliquid olérent , quod primo aspectu Literatis non ita pla-  
cuit , iuncte de more Christiano eam funeris pompam detractis suffi-  
ci videbant , vt negarent posse functis parentibus amorem , & reue-  
tentiam magnificentius , & religiosius exhiberi. Post iuxta funebria  
cadaver pretioso aureorum centum & viginti sarcophago conditum  
Doctor Paulus Sciamhaium in partiam detulit , vt triennem luctum  
legitimè illic exigeret. Verum exequias functorum processu tempo-  
ris celebrare Christiani tamen profuso sumptu , pioque apparatu ut  
quicquid in suis agerent Etiñici plebeium esset , ac rusticum. Hoc  
sereno dum gaudent nostri Pechinenses ; in Cantonensi Provincia res  
nolras verbis tribus deseritor sacrilegus tantumnon euertit , Deus præ-

103.  
Dissimul. ad  
lucif Chri-  
sto Lin Eu-  
clidis tra-  
duct. lingua  
Sin.

104.  
Exequie  
Christi, iudu-  
cia.

tos.  
Conuersi in  
signo. vir.

senti, & inopina manu restituit. Sed Pechino Cantonem (duo regni extrema) occurruunt Nanchini, & Nanciam nostrorum stationes, quibus in singulis, singulis, tantum & illustres coeunctiones Ethnicorum vbi retulerat; incepsum peragam. In primis Nanchini repetendos ei memoria Chiutaisus ille seu Chiusianon, cui sane adhuc idolorum seruo nostrorum apud Mandatinos debet auctoritas, & fundatio dominus Nanchinensis, & secunda Ricci Pechinum faustaque protectione, & in fidei Christianæ felicem progressum tam multa, tam prono incertoque animo praestita, ut non potuerit maiora si forte Christianus quod esse quidem magnoperè optassem, nisi sterilitas vxoris e tego sanguine, irrecisset illum multis uxoribus dum prolem suscepit, his qua Sinenses se miseros putant, sed prole genina suscepta nihil nisi ad fidem parati, probro sibi maximo futurum ratus uxoris repudium, quæ se patrem fecisset. Postremo Scchiae Sinarum idolo Principi, sic erat à teneris addicitus ut rediret identiter animo, eius amicitia licet Christianis rationibus non semel deuicta. Sed obstabat hac impietate violentior gloria, & ingenij ambitus quod cum fecerat ton regno nominatissimum, edendis de suo sciechia libris frequentibus, elegantium, & mirabilium nugarum; cum religionem Christianam ore interim libero solam esse veram prædicaret, & necessarium ad latorem. Dolebant Patres vehementer, hominem de Christiana te benè meritum, apertis oculis in exitium ruere; multisque illum a Deo precibus, & lachrimis poscebant, cuius obtinendi primum extit pugnus, quod improuisus Nanchinum cum venisset, Roccam adiit quod nostris præterat, natu maiorem filium illi tradit annorum quatuordecim puerum Christiana doctrina imbuedendum, testatus paterni amictu officio se fungi quo erga filij animam tenebatur, cui nec Veti lux, nec salutis spes ultra extra legem Christi posset obtingere: de se nequam quam promitteret obstabat fax gemina; insanæ gloriolæ, quam laudabilis stylo suo idolis cupidissime venerabatur; & concubinæ quam subtiluerat defunctæ uxori. Domi nostræ diuinis aliquandiu exultus filius, lustratus est sacro baptisme, ex quo nominatus est Marchion breui exinde Sciao eo Nan chinum negotiorum causa superuenit Franc Franc. Martinez, Chiutaiso in paucis, & pridem carissimus, qui patrem obstinatum increpatione obiurgauit; quod agnitam proderet veritatem, acceptoque ad defensionem diuinitatis verae ingonio abutetur ad eam impugnandam, captandamque ex suis simulachris stultam famam, quasi millies plura, & excelliora Christiana religio non habent quorum scripsione noimen gloriiosus faceret, quam scribendis iis quibus ultra & peribat ipse, & alios perdebat. Ceterum ne sibi blandiret quod Christi legem haberet in ore, dum stylum interea pro idolis in eam exerceret; hinc perniciem inferri vniuersis, illucne aliquip boni paucis; prodi suaptè lingua mendacem, si falso Christi fidem laudare.